

Apoc. 1. n. 10. Fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam, tanquam tuba dicentis.

Num. 11. Quod vides, scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis, quae sunt in Asia, Epheso, & Smyrnae, & Pergamo, & Thyatirae, & Sardis, & Phyladelphiae, & Laodiceae.

VERSIONES.

Arabic. n. 10. Ductus fui in spiritu (accedit autem hoc in Dominica die) & audiui vocem a tergo, tanquam vocem cornu.

Arias Grae. Factus sum in spiritu. Mariana. Fui in raptu.

Aarabic. n. 11. Dicentem; ego sum Alpha, & Omega, primus & ultimus, quod vides, scribe in libro, & mitte.

Pagnin. Quod vides, scribe in librum, & mitte septem Ecclesiis in Ephesum, &c.

EXPOSITIO VII.

277. Græcus. **U**t in spiritu: seu, ut habet Græcus; factus sum in spiritu. Joannes divinitus altissimam quandam passus est extasim, per mentis excessum omnia corporalia transcendens, non quod animus esset dejectus à corpore, sed quamvis ei esset unitus, tamen ab eo non impediatur ad cœlestia contemplanda; ac videnda; ac proinde nil corporale vidit Joannes sed totum perfectissimè spiritu vidit, ut notarunt Ansbertus, Haymo, & alii. In Dominica die. Non in qualibet die, sed in die valde illustri, & celebri. A tempore Joannis, & Apostolorum, cultus Sabbathi fuit mutatus in Dominicam diem, ob venerationem resurrectionis Christi, quae in Dominica contigit.

278. Haymo. **A**udiui post me vocem magnam: Sicut in spiritu potius spiritualia vidit; sic vox, quae in auribus ejus insonuit, spiritualis fuit, ut advertit Haymo. Post me: à tergo nempe, vox insonabat. Vocem magnam: quia spiritualiter magnus sonus edebatur; & quia vox magna manifestabat, ad magna excitabat, magnamque commotionem in cordibus fidelium demonstrabat. Tanquam tuba: id est, vox illa sic late, ac diffuse personabat, ut ab omnibus audiri posset, ac si ex edito loco clangor tubae esset; proindeque sonitum tubae referebat, ac exprimebat.

297. Dicentis, quod vides: Intellectualiter, ac in

extasi per spiritum. Scribe in libro, materialiter scilicet. Sermo inter homines facile, ac citò pertransit; quae autem scriptis mandantur, diu permanent ad perpetuam memoriam; quae autem Joanni hic aperiebantur, cum essent magni momenti, & in futurum retinenda, ac observanda, ideo ut in perpetua recordatione sint, diligenter in libro fuerunt scribenda. Et mitte septem Ecclesiis: Ut nempe hic liber in quo revelantur fidelium persecutiones citò finienda, eorumque magna praemia apposta, inter Missarum solemniam legatur, ad fidelium munimen, & consolationem. Adverte, quòd ait, septem Ecclesiis. Cum tamen cap. 2 & 3. non Ecclesias, sed earum Anticistas nominet: nam Praelatus idem est ac sua Ecclesia, nam Episcopus cum sit omnibus omnia factus, omnibusque configuratus, omnium species, ut purissimum speculum, debet repraesentare, & tanquam Pater omnes sinu continere. Primasius Scribe, ait, in libro, quae vidisti, & mitte septem Ecclesiis, postea tamen Angelus jubet scribere, ut ostenderet, unum esse.

Qua sunt in Asia. Nam cum duplex sit, major, & minor, nullo modo de majori, sed de minori est sermo, quae in multis regionibus dividitur scilicet Phrygiam, Lydiam, Mysiam, Ioniā, Bithyniam Troadem, Cariam, Pamphyliam, Ciliciam, Lycœniam & Galatiam. Deinde Joannes singillatim nominat ipsas Ecclesias: Epheso & Smyrnae, &c. de quibus singillatim dicam suo loco cap. 2. & 3.

QUESTIO XXXVIII.

Quare adnotatur, quòd tam illustris revelatio facta fuerit Joanni in die Dominica.

281. **S**olemnitas, ac celebritas diei Dominicae antiquissima est. Ita ut doceat Justinus Martyr in secunda Apologia ad Antoninum Imperatorem, Apostolos à Christo D. hujus diei celebritatem accepisse & ipsi Apostoli eam Ecclesiae tradiderunt, ac commendarunt. Apud sanctum Clementem in Constitut. Apostolic. l. 2. c. 59. & 15. c. 9. & cap. ultimo l. 7. cap. 31 & 37. Et de hac celebritate meminit Paulus Actorum 20. num. 7. ubi dicitur: Una autem Sabbathi, cum convenissemus ad frangendum panem. Paulus disputabat cum eis Judaei à Sabbathi dies numerabant, ac proinde una Sabbathi, id est primadie post Sabbathum puta dominica, in qua Paulus celebravit Eucharistiam, ad quam fideles de more conveniebant, ita d. Chryl. Beda & Aug. epist. 86 & d. Hier. libro adversus Vigilantium: & 1. Cor. 16. n. 2. jubet una Sabbathi, hoc est, diei dominicae, fieri collectas, ut interpretantur d. Ambr. d. Chryl. Theophyl. & Oecumen.

Hinc de sancta observatione; ac Religione diei dominicae frequens est mentio in antiquissimis Patribus, ac Conciliis In epist. Innocentii l. c. 4. In Epistol. Fabiani Papae, In 6. Concilio Constantinopolitano cap. 8. In 2. Concilio Matiscopensi can. in Laodicensi cap. 29. in Cabilonensi cap. 40. in Turonensi c. 16. In antiquis patribus Antiqui, Origen.

Qua scribitur, ut ad perpetuam sunt memoriam.

Praelatus idem est, ac subditorum congregatio.

Primasius

280.

281.

282.

282.

Innoc. I. Fabian. Conc. Const. Matisc. Laodicens. Turon. Origen.

contra

D. Basil.

283. Prærogativa diei Dominicae.

Exod. 20. D. Bonav.

Creatio Angelorum diei Dominicae.

284. Sexta Synodus.

D. August. Origen.

Sexta Synodus.

D. Hilari.

contra Celsum; Tertullian. de corona militis; Gaudentius in sermonibus; D. Basilus lib. de Spiritu S. cap. 27. D. August. Epist. 119. ad Januar cap. 1.

Hujus diei Dominicae multae & magnae sunt praerogativae, ut docent iidem sancti Patres. Prima, exiit primus dies creationis quo lux creata est: quod ex eo fit evidens, quia septimus ab eo dies, quo Deus requievit, exiit dies Sabbathi ut patet Exod. 20. n. 2. & c. 31. n. 14. Secunda praerogativa, ut notat D. Bonaventura in Compend. Theolog. veritatum c. 9. Hac die, scilicet Dominica, Caelum, & terra creata sunt, & Angelus in ea conversus est ad Deum. Ac proinde hac die, exiit victoria Michaelis Archangeli contra Principem Daemoniorum: eadem enim die mundus creatus est, & simul cum mundo conditi sunt à Deo Angeli in caelo Empyreo, cujus cives sunt sancti Angeli, qui conversi ad Deum in ejus gratia perseverant, ut ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. ac sanctis Patribus dixi tom. 5. in Evangelia lib. 8. cap. 13. q. 4. n. 7.

Tertia praerogativa, Hebraei diei Dominicae mare rubrum sicco pede transierunt, ut habet Sexta Synodus Caesariensis, & notavit Beda Epistolae de celebratione Paschae. Quarta, hac die primò Manna Hebraeis de Caelo pluviè docet D. August. serm. 151. de tempore, & probat Origenes ad cap. 16. Exodi. Quinta, Christus D. diei Dominicae natus est, ut habetur in Sexta Synodo Can. 8. Sexta, hac die Stella Magis apparuit, ut tenet eadem Synodus. Septima praerogativa, Christus in Jo. d. eodem die baptizatus est; ut tenetur eadem Synodus: Octava, quinque millia hominum, quinque pauperibus, ac duobus piscibus satiavit Dominus in deserto, hac dominica die, ut testatur eadem Synodus. Nona, Christus hac die à mortuis resurrexit, ut eodem die, quod mundum creaverat, ipsum renovaret, ut probat communis consensus totius Ecclesiae. Decima praerogativa, post resurrectionem, ingressus est januis clausis ad discipulos, eisque dedit potestatem remittendi peccata. Undecima praerogativa, hac die mandavit Apostolis, ut per totum orbem prædicarent: Baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Duodecima, Spiritus Sanctus super discipulos descendit in die Pentecostes. Decima tertia, finale iudicium cum generali resurrectione futurum diei dominicae, tradunt d. August. serm. 251. de tempore, d. Hilari. Proemio in Psalmos: d. Bonavent. citatus decima quarta, noster Joannes hanc Apocalypsim, seu revelationem à deo obtinuit. Unde in laudem dominicae diei hanc Cantilenam composuit Venantius Fortunatus lib. 3.

Salve festa dies, toto venerabilis ævo, Qua Deus infernum vicat, & astra tenet. Nobilitas anni, mensum decus, alma dierum; Horarum splendor, scripturae puncta fovens. Hinc tibi silva comis plaudit, hinc campus aristas, Hinc grates racio palmis vitis agit.

Cum dies dominica esset tam illustris, & celebris, tantarum rerum revelationem in ea habuit Joannes; præcipue cum in hac nos rotisimus deo consecrati, à servilibus vacantes, & inde aptissimi in illa ad divina percipienda. Richard. Victorinus: Sicut per seca locus, caula-

ait, commendat veritatem sacrae dilectionis, sit & qualitas temporis; quia quando dies sanctior, tanto divina revelationi convenientior, & quanto tranquillior per caeterorum laborum cessationem, tanto per requiem aliorum ad internam contemplationem. In causa itaque, & tempore nobis innuitur; qui propter Deum persecutionem didicerunt sustinere, & à servilibus peccatorum operibus servare, ipsi secreta cœlestia merentur accipere. Cur ad tam illustrem revelationem potius eligitur dies dominica, quàm alia feria hebdomadae? quid enim potius confert unus dies quàm alter? nonne omnibus diebus deus benedixit? Maximè verum est: tamen tali die à servilibus abstinemus, orationibus dediti. Meritò ergo talis dies tantae revelationi assignatur quia, cum mens à servilibus operibus cessat, tunc cœlestia secreta meretur penetrare.

Quod argumentum præclare de suo more prosequitur d. August. serm. 241. de tempore, ubi sic ait: Scienam est fratres charissimi, quòd ideo, à sanctis Patribus nostris constitutum est Christianis, & mandatum, ut in solemnitatibus Sanctorum, & maxime in Dominicis diebus, orium haberent, & à terrene negotio vacarent, ut paratiores, & promptiores essent ad divinum cultum, cum non haberent, quòd eos inde retardaret, incommodum; & relinquere tunc eodem tempore terrenam sollicitudinem, quo facilius possent Dei intendere voluntati: inde ipse Dominus per Prophetam dicit, vacare, & videte, quoniam ego sum Deus. Psalm. 45. n. 11. quae verba Psalmi aliter sic legunt d. Ambrosius: Vacate & cognoscite. d. August. lib. de vera Religione cap. 25. Agite etiam, & agnosceis. d. Hieron. Cessate, & cognoscite, Alii: Desistite, & remittite, & videte, Quae omnes lectiones ad hoc tendunt, quòd homo, maxime se debet evacuare à terrenis curis, ac sollicitudinibus ut deum videat, cognoscat, ac contempletur.

Quòd maximè confirmatur ex Paulo 2. Timoth. 2. num. 4. Nemo militans Deo implicet se negotiis saularibus. Ne dei verbum mundanis sollicitudinibus suffocetur in nobis, ut indicat Parabola apud Lucam 8. num. 7. Non occupetur mens in paleis, ac lateribus, sed sedens homo ad pedes Christi, uno hoc maxime contentus, non autem sollicitus inurbetur erga plurima. Ut explicat August. serm. de Martha, & Maria: sed ut ait Jeremias Thren. 3. numer. 28. Sedebit solitarius, & tacebit: quia levabit super se. Legunt Rabanus Hugo Rupertus, Lyranus: quia levavit se super se. Cum quis moratur solitarius, ac evacuatus à terrenis, tunc tacebit à colloquiis profanis, & elevat se super se, ut deum intueatur, ac contempletur. d. Basilus de laudibus vitae solitariae: sedebit solitarius, & tacebit: elevavit enim se super se; habitator enim unus (ò solitudo) se elevat super se: quia Deum esuriens anima, à terrenarum se rerum cura erigit, & in divinae contemplationis arce suspendit, à mundi se actionibus segregat, atque in altum contemplationis cœlestibus desideris pennas librat.

Ab operibus servilibus cessandum, ut secreta cœlestia cognoscantur.

286. D. August. In festis feriandum, ut Deum contemplerentur.

Psalm. 45. D. Ambr. D. August. D. Hieron.

287. 2. Tim. 2. Luc. 8.

Ad cognitionem divinae à temporalibus vacandum. D. August. Thren. 3. Raban. Hugo. Rupert. Lyran. D. Basil.



QUESTIO XXXIX.

Quare hac vox a tergo exhibitae est Joanni?

288. Non solum ait Joannes, quod vocem audiverit, sed etiam a tergo eam percepisse testatur: Audivi post me vocem magnam, quod sane magno mysterio factum est; & in qua re multa, & varia sunt placita.

289. Primò Alcazar, cum existimet, in hac prima parte Apocalypsis describi belum, victoriam, & excidium Judæorum per Titum, quod jam annis 25. præterierat. hic vocari existimat, Joannem ad hæc consideranda; quæ enim præteri sunt, retro, & post tergum sunt. Sed hic sensus non est multum accommodatus; nam Apocalypsis est prophetia, & non historia.

290. Secundò, & aptius D. Ambrosius, Thomas Angelicus, Ribeira respondent ad Joannem dici, se a tergo audisse vocem; dicitur enim erat ea, quæ ignota erat Ecclesiæ: quod enim post nos est a tergo, videri nequit a nobis, ut ignotum habetur, & ideo dicit post se, quia ignotum erat Tertio Glossa, & Albertus Magn. astruunt, a Joanne dici, audisse vocem post se, quia quæ auditurus erat, in lege ac Prophetis erant scripta, quæ cum jam præcessissent; ideo post se, seu a tergo audiri dicuntur.

291. Quarto, & genuinè ad litteram tres adhuc rationes subjicio. Et primò Cornelius à Lapide, Menochius, M. Joannes de la Haye: vox hæc a tergo audita dicitur; ut denotetur, hanc revelationem esse Spiritus sancti; & quia Spiritus Sanctus a nobis non videtur, dum se inspiratorem, ac Directorum præbet: ideo videtur facere, ut ait Isaias c. 30. num. 21. Ut aures audiant verba post tergum morientis: Cui ipse monens non videatur, dicitur esse a tergo: id quod a tergo habetur, ignotum est. Secundò. Persecutiones hic a Joanne auditæ, proximè Sanctum Joannem securæ erant, sub Trajano, Adriano, Antonino, & a iis Imperatoribus; ideo post eum dicuntur audiri, quia post eum futuræ erant. Tertio Joannes erat totus spiritu absorptus, & elevatus in Deum ad contemplanda divina mysteria: tanquam post se audiret vocem, quæ eum evocabat ad videnda, ac consideranda ea, quæ spectabant ad Ecclesiam, ejusque filios, universos nempe fideles. Jam alias rationes, & ad mores subjiciamus.

292. Quintò D. Ambr. Vox Domini, ait, post nos est, quia nos quasi servi fugitivi sumus: Dominus autè post tergum nostrum clamat, ut nos revocet, Joannes intensissimo amoris affectu in Deum rapiebatur, eique adhærebat. Cur ergo tam ingenti voce post se clamante vocatur? Erat Joannes Præsul omnium Ecclesiarum Asiae, in eoque, tanquam in capite, pures subditi ejus, ac fideles prævidebantur, tanquam adversitates ac persecutiones pro fide fugientes: inde ergo post eos Christus clamavit, ut animo resumpro, gradum revocent, & ad derelictum fidelium ovile revertantur: Post tergum nostrum clamat, ut nos revocet.

293. Sextò, Idem D. Ambrosius sic pergit: Post se Joannes voces audivit; quia mysteria, quæ ei tunc revelata sunt, nondum perfecte cognoverat.

294. Septimò D. Hieron. in cap. 3. Ezechiel, n. 12. ad illa verba: Audivi post me vocem commotionis magnæ. Sic ait Sanct. Doctor. Terrena contemnentis rapitur a spiritu, & audit vocem post se commotionis magnæ, præteritorum obliviscens, & in futurum se extendens, ut inimicorum insidias post se relinquere, tale quid, & in Exodo legitur, quando Pharaos, & omnis exercitus ejus persequeretur Israël, & Angelus Domini in columna nubis deservit priora castrorum, & veniente post tergum, & tota nocte stetit inter Israël, & Egyptios, scilicet, ut singulari providentia Israël defenderet ab Egyptiis. Similia habet ibi Origenes. Joannes totus spiritu erat elevatus, quid est, quod vocem post se, hoc est, a tergo audit: ad quæ Joannes vocabatur, non a tergo, sed ab oculis erant videnda, ad quid ergo vox loquentis post se sonat? Vox ergo illa significabat singulare præsidium divinæ providentiæ protegentis, ac dirigentis Joannem, omnèque fideles in eo representatos, & rectè quidem Dei providentiæ post nos esse describitur, quia quamvis ipsam non carnaliter, ipsa nos tamen cernit, semperque ante oculos habet, ut nos tueatur, ac protegat, a nobisque omne malum propulset, si que columna nubis post tergum stetit, ut singulari providentiâ Israël defenderet ab Egyptiis.

295. Octavo Rupertus: Quid erat post Joannem, cum esset in spiritu, ait, totus mundus, & quidquid corporeis oculis cernitur, imò & totus præsentis Ecclesiæ status retro hac erant, quia videlicet ipse in anteriora extendebatur, cum ad illa videnda sursum raperetur. Joannes totus erat absorptus, & elevatus spiritu in Deum, ac in Divina ejus mysteria, ita ut in oblivione, ac post se haberet omnia hæjus seculi: cum ergo vox clamans vocaret ad negotia præsentis temporis, & quamvis ad rem sanctissimam, ut attenderet nempe ad cæterum fidelium quæramnia a se dimiserat Joannes, & tanquam post tergum habebat; ut totus esset defixus in Deo, inde vox, quæ a cælestium contemplatione revocabat, post tergum clamare dicitur: Imò & totus præsentis Ecclesiæ status retro hac erant, cum ad illa videnda sursum raperetur. Quod etiam habet Haymo, & confirmat ex Apollolo ad Philipp. 3. num. 13. Quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens me ipsum.

296. Qui enim contemplatione, ac oratione elevatur in Deum, ut ei summe complaceat debet omnia terrena a se dimittere, ac tanquam post se habere, ut tota mentis acie Deo adhæreat. Dixit Dominus ad Abraham postquam divisus est ab eo Lot. Gen. 13. num. 14. Cur non apparet

297. Nondò Richard. Victor. cap. 4. Ac subditis, ait, elongatus, & in exilium relegatus, omnem pastoralem sollicitudinem, cunctaque visibilia, post se longe reliquerat, solis supernis ac invisibilibus intendebat, & dum ad subditorum eruditionem rediebat, ac cum Spiritus S. ad illos, quos cælestibus per simplicitatem contemplationem intenus non respiciebat, secundum formales rerum qualitates respicere monuit, quasi post tergum vocem audiret. Albert. Magn. Quia Prælati, ait, de arce contemplationis ad curam subditorum revocantur, & sic retrahitur, ideo dicit, se audisse vocem post se. Idem habet Rupert. & D. Anselmus: Joannes quasi pastoralis officii immemor, totus erat intentus, ac defixus in cælestium rerum contemplatione. solum enim ad hæc attendebat, solumque ad hæc oculos elevabat; inde a tergo vocem audit, quæ ei diceretur, ut ad illa posteriora quæ quasi a se dimiserat, recurreret, ac ad illa oculos converteret. Prælati enim debet, aliquando desistere a meditatione, ac contemplatione, ut subditorum salutem consulat.

298. Venit Angelus ad Virginem, annuntians ei æterni Verbi conceptum in suo utero, eique proponit, quomodo cognata ejus Elizabeth conceperat: præbet Virgo consensum, & in suo utero operatur ineffabile Incarnationis mysterium; statim subdit Evangelista, quod Exurgens Maria abiit in montana, & salutavit Elisabeth. Et postea cruciavit suum celebre Canticum: Magnificat anima mea Dominum. Luc. 1. 46. in gratiarum actionem, pro Verbo concepto, ut notant Albert Magn. Hugo, & a. ii. ii Virgo tantum dolum a Deo accepit, ut ejus mater esset constituta; Cur statim post ipsum conceptum, non gratias persolvit, sed prius abiit in montana ad visitandum Elizabeth? Virgo per conceptum Verbum constituta est Mater & Regina totius universi, & ut talis ad am spectabat, aliorum necessitati subvenire, & ideo illico abiit in montana, ut Joannes sanctificaretur, & peccato esset liber, ut ait, D. Bernard. ferm. de nativ. Virg. Ascendit plaus super omnem creaturam, nimirum super Angelos; hauriat necesse est, quam refundat hominibus, aquam vivam. Et ut etiam ministrando laret levamen veteri cognatæ Bedæ: Ut mulieri provelta ætatis Virgo juvenula ministrum sedula impenderet. Prius persolvit, quæ sui muneris erant, utpote omnium regina; deinde laudes Deo decantat, pro sua, ac communi omnium redemptione; docens nos prius deferendum obligationi proprii officii; quam orationi, ac actioni gratulati.

299. Tandem hæc vox fuit magna, ut scribit hic Rupert. Quia veritas fidei, non angulos amans, non in occulto, sed palam omni mundo loqui

apparet Deus Abrahamo, quamdiu cum Loth contubernio suo moratur, sed postquam divisus est ab eo? Ut hoc fiat manifestum, quod Deus tunc in oratione loquitur nobiscum, quando nos sic loquimur cum eo, ut simus divisi, & separati ab omnibus rebus temporalibus, quæ mentem nostram distrahere, ac divertere valent. D. Chryso. ibi: Notanter dicit, ait, postquam divisus est ab eo Loth, cum enim morarentur simul, non apparebat Deus Abrahamo. Cum autem recessit Loth, immediè ei apparuit Deus. Signum est pro contemplativis viris: non enim spiritualibus circa hujus mundi varias sollicitudines occupatis apparet Deus: sed mentibus ab mundanorum strepitu vacantibus.

D. Chryf. 297. Richard.

Prælati pro subditorum salute, contemplationem omittat.

298. Luc. 1.

Luc. 1.

296. Qui Deum orat, a terrenis mentem separat.

Gen. 13.

omnium dono recepto. Cum Moyses stetit cum Deo in vertice montis Sinai, in gloria, ac colloquio Dei, in altissima contemplatione, ac meditatione cælestium mysteriorum, prolapsus est populus in idololatriam, ut vitulum adoraret: Tunc locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, & descende; peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Egypti. Exod. 32. n. 7. Si Moyses in tanta rerum sublimitate elevatus erat, ac cum tam fervida cælestium contemplatione in extasi raptus, ad quid ob peccatum populi ei dicitur: Vade, & descende? Ut ab oratione desistat, & ad populum se conferat. Ratio in illis verbis innuitur: Peccavit populus tuus. Ipse populi erat dux & gubernator, ac proinde eum spectabat, de populi remedio agere ut eum ad poenitentiam induceret, ut ita Dei iram effugeret, ne omnino consumptus periret: Cum ergo dicitur: Vade, & descende, peccavit populus tuus. Hoc est cessa ab hac oratione, ac contemplatione divinarum rerum ut pro tuo gubernatoris munere, tuo populo consulas, ut remedium in tanto illius malo ei provideas. Abul. Tanquam si deus dicat Moyli: Non est opus, ait, ut hic stes: descende, quia peccavit populus tuus, vade ad corripiendum eum.

299. Exod. 32. Ab oratione cessandum, ut tuo officio satisfacias, abulenti.

QUESTIO XL.

Quare hac vox Joannem excitans fuerit magna?

Vox magna, in Scriptura magnum, & altum indicat mysterium; sic Matth. 27. n. 46. dicitur: Circa horam nonam exclamavit Jesu voce magna dicens: Eli, Eli, lama sababthani. Qui moriuntur, cum vires deficiant, vox tenuis, exilis, aut nulla est. Jesus tamen in extremis voce magna clamat, ut clamoris magnitudine divinam virtutem, ac amoris magnitudinem indicaret.

Sed & hic in præsentiarum vox hic dicitur magna, ex magno mysterio sane: quia vox hæc a magna, & alta Dei potestate proveniebat. D. Bernard. Senens. & quia magna mysteria ab ea erant audienda: quia ad magna, & magnifica excitabat: quia ad magnam patientiam in persecutionibus, in hoc sæculo provocabat: quia magna, & alta præmia in futuro sæculo promittebat: quia magnam commotionem in fidelium cordibus indicabat, nil vehementius concutit humanum pectus, quam magna, & ingens vox. Cum meus Jesus penderet in Cruce, volens semittere Spiritum, scribit D. Marc. 15. num. 37. Jesus autem, missa voce magna, expiravit. Et subditur num. 39. Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quia si clamans expirasset, ait, Verè hic homo filius Dei erat. Multa & magna miracula in Christi morte acciderunt: tamen non illis, sed tantum ingenti vocis sono, magnoque clamore motus est Centurio, ut Jesum crederet filium Dei, ac si hoc præ cæteris humanum affectum raperet.

Tandem hæc vox fuit magna, ut scribit hic Rupert. Quia veritas fidei, non angulos amans, non in occulto, sed palam omni mundo loqui

300. Matth. 27. 301. D. Bern. Magna vox maxime animos commovet, & excitat, Marc. 15.

302. Rupert. E desite